p̄nceps germanie ſapientie clarus habitus eſt.
cuius conſilio multe prouincie pacate ſunt. In
ſti quoq; atq; honeſti tenax habet̄. Qui poſſet
regnum Polonie ꝯſequi p electionem baronū
recuſauit. vt ante diximus. nec vero heredi in-
iuriam faceret. Albertus vero germanus ei⁹ cū
nornbergenſibus bellū intuliſſet oēs ferme teu
thonicā principes ad ſe traxit. Comites vero
nornbergenſibus ſuppecias miſere. Graue id
⁊ diuturnum bellum fuit. in quo tot potentie
ꝯcurrentes infenſiſſimis odijs biennio certaue
re. nouē p̄lia cōmiſſa ferunt̄. Ex quibus octo vi
ctor Albertus confecit. in vno tamen victus ſuc
cubuit. neq; de pace cōuenit niſi poſtq̄ʒ exuſtis
agris. attritis villis. abactis pecoribus ruricolis
interfectis. commeatus ⁊ pecunie contendentib⁹
defuere. tum q̄ʒ par ex alberti ſententia magis
dicta. Hic albertus ab ipſa pueritia ac teneris.
(vt aiūt) vnguiculis educatus. in armis pluri-
bus interfuit p̄lijs q̄ʒ alij ſui tempis duces aut
viderint aut legerint. Militauit in Polonia pu
gnauit in ſleſia. caſtra poſuit in pruſſia. hoſtes
in Behemia fudit. ſtipendia in Auſtria fecit. p̄
das ex hungaria tulit. nullus in germanie terre
angulus quem non calcarit. armatus dux exer

citus innumerabiles. proſtrauit ferociſſimos
hoſtes expugnauit munitiſſimas vrbes. In cō
greſſibus vero prior iniḯt. victor enim e prelio
exceſſit. vltimus vero in expugnatione oppido
rum. ſepe murum primus aſcendit. ad ſingu-
lare vero certamen crebris vicibus inuitatus.
nunq̄ʒ detrectauit. neq; etiā vnq̄ʒ nō ſtrauit ali-
quem hoſtem. In militaribus etenim ludis in
quibus precipue haſta contenditur vnus om-
nium repertus eſt. qui nunq̄ʒ equo deiectus ſit.
⁊ in omnes in ſe currentes deiecit. Ex tornea-
mentis vero etiam nunq̄ʒ non victor exiuit. Se
pties ac decies ſolo tectus clipeo ac galea cetera
nu dus vt eſt apud Theutonicos duelli quedaʒ
ſpecies in prouocatores pariter armatos lan-
cea acuta cucurrerit. nullo vero vnq̄ʒ damno af
fectus. cum aduerſarios ipſe nunq̄ʒ non equo
deturbauerit. Quibus enim ex rebus non iniu-
ri a Theutonic⁹ Achilles appellat⁹ ē. In quo
non ſolum militares artes ⁊ etiā imperatorie
virtutes ſingulari quadam gratia reluxere. ſʒ
nobilitas quoq; generꝰ. procerita ſq; corporis. ac
venuſtas ⁊ etiam virium robur ac facundia li
gue admirabilem ac etiam pene diuinum red-
didere

## De Bauaria ſuperioris germanie prouintia

Bauaria ad ortum eſtiuum ac me-
ridie ptem franconie p̄rimat. ea q̄-
q̄ʒ plana ⁊ diues terra eſt. cui ad me-
ridiē alpes italie iungunt̄. ſueui ad occidentē ei⁹

ſolem recipiūt. Auſtrales ac bohemi oriētē. da
nubius mediaʒ ferme perlabitur. Inter auſtri
am ⁊ bauariam alij yſaram alij enū terminū
poſuere. Sueuos a bauarijs Lycus diſtermi-

nat amnis. Hāc olim regionē norici tenuere. cuiꝰ
adhuc porcio media inter ratiſponam ⁊ nurm
bergā trāſ danubiū ſita (vt an̄ diximꝰ) noricū ap
pellāt. Baioarij aūt vnde dicti ſint ⁊ vnde ori
ginē traxerint nō facile dixeri verū cū reperiar
vetuſtiſſimos codices baioariā appellare quā
moderni bauariā dicūt non difficile trahor vt
boioarios a bois dictos ⁊ gallicā olī fuiſſe gen
tem. Huic opinioni ſtrabo q̄nto ꝯmentatorio
vires adhibet ita inq̄ens. Priſcis igit vt dixi tē
poribꝰ plurime galloꝝ gētes fluuium icolebāt
de pado loq̄tur. e q̄bus ampliſſimi fuerāt boi
inſubres. ⁊ q olim cū geſatis ſenones romana
per impetū potiti ſunt vrbe. hos romani poſte
rioribꝰ annis funditꝰ deletos ꝑdiderūt. boios
vero e finibꝰ eiecerūt. inde migrātes circūadia
centes hiſtro locos cū thauriſtis habitarūt. bel
lum aſſidue ꝯtra dacos agētes. Conſtat igitur
boios i pānoniā ꝯſediſſe. q ex loco facile ſucceſ
ſu tpis i noricū cōterminā regionē migrare po
tuerūt. Idē qꝫ Strabo locū q mō ꝯſtātinenſis
vocat deſignās paululū ab eo diſtare rhetos
ait. aplīꝰ helnecios vindelicos pꝰ vindelicos āt deſ
tā boioꝝ regionē eē affirmat vſqꝫ pānōios. Ob
q̄ꝫ rē ſatꝭ indicat boioarioꝝ trā a bois cultā fuiſ
ſe. Idē Strabo germaniam deſcribēs boios p̄
us hirciniā habitaſſe ſiluā aſſerit. ⁊ cibros ag
mine facto eoꝝ inuaſiſſe locū atqꝫ a bois reiectos
fuiſſe. Itaqꝫ ſatis ꝑſuaſū eſſe p̄t boioaricū no
mē ex bois deſcēdere. Ager em̄ eoꝝ trās danu
biū hirciniā ſiluā nō parua ex ꝑte occupat. Ea
nūc germanica gēs ē p̄moē vtēs theutōico. neqꝫ
ꝯſ̄ra regio vt Strabo tradit q̄ ſuo fortaſſe tpe
fuit. nūc cultiſſima ē. magnas atqꝫ ambicioſas
ciuitates habēs ⁊ opida nobiliſſima q̄ꝝ ſplēdo
rē neſcimꝰ tota europa q̄ vincere poſſint. Pōti
ficales vrbes in ea. v. ſunt. q̄ꝝ vna metropolica
ē. Saltzburgā vocāt ex flumie ſaltza cui adiacꝫ.
veteres iuuaniā vocauere. in baioaria lodouicꝰ
lodouici filiꝰ gibbo ⁊ ſtrūa dformis Impia ꝯ
ꝑtē bella ſuſcepit. venerādū qꝫ ſenē ⁊ auctorita
te iſignē. q q̄ndā regnū frācie gubernaſſet i ar
ce munitiſſima obſedit ſꝫ ſupis vltoꝝ tāti ſcelerꝭ
ꝑ etētibꝰ ꝑius febre ꝑcuſſus occubuit. qꝫ patris
aīm i ſuā traherꝫ ſniā. Ille in ꝑtātē heirici eiuſ
dē familie ducis poſtea factꝰ breui tp̄e vitā fini
uit. nec heiricꝰ diu ſupuixit. q cū ꝓhibuiſſet ſub
ditos i āno iubileo romā petere veritꝰ ne ꝓuin
cia pecunia exhauriret eodē anno ad p̄res ſuoſ
additꝰ eſt. Succeſſit ei lodouicꝰ filiꝰ ex ſorore al
berti ceſaris natꝰ magni ai adoleſcens. glie cu
pibus ⁊ pecuniaꝝ ꝯtemptor. q iudeos oēs pub
lice poſitis edictis e ſuis dominijs exterminauit.
Vxorē de ſaxonia duxit neptē Friderici ceſaris.
multas germanie lites auctoritate ſua ꝯpoſuit
q̄uis ſepe multū conatꝰ recōciliari ceſari ladiſ
lau regem neq̄uerit. Albertꝰ eiuſdem terre ac fa
milie p̄nceps poſtq̄ pater eiꝰ Arneſtus puellā
balnei cuſtodē ab eo ꝑdite amatā ⁊ in ſpē ma
trimonij ſuceptā apud ſtraubūrgam danubij
fluētis demerſit. cū diu vitam in merore ꝑegiſ
ſet. tandem luctu ꝑacto vxorem ex domo Bru
ſuiceñ. duxiſſet. ex qua ſobolem pulcerrimā ſu
ſtulit. ſub impio Friderici podagra laborans.
ſepoſitis ceteris curis ſectatꝰ muſicā aſſiduis cā
tibus ac ſonis aīm oblectauit. ⁊ vnnatōi opā
dedit. In Saltzburga quā metropolicam i ba
ioaria ſedem obtinere diximus tres archiepī
fuere. quoꝝ vltimꝰ Sigiſmundꝰ nomie dum
ſciſmatis ꝓcella deſeuit. cū adhuc eſſet p̄poſitꝰ
Romanā eccliam magnifice iuit. ſed archiepſ
a Nicolao pon. creatus litteras apoſtolicas q
bus cenſura in auſtrales impatori rebelles ſub
minabat in eccleſia ſua publicari nō ſinit ſine
metu potentie illoꝝ ſiue q anathemate ſuſpen
ſo pacē meliꝰ inueniri putauit. ad quā compo
nendam ⁊ ipſe deſcendēs in auſtriā non parū
operam impendit.

## De Rhenenſibus germanie ſuperioris populis.

CIrca rhenum q flos germanie no
ſtro tempe viſit inter theodricū ma
guntineñ. ecclie p̄ſulem ⁊ Lodouicū
comitem palatinū rheni crebre diſſenſiones fu
ere ⁊ ſepiꝰ ad arma ventū eſt. totaqꝫ circūregio
rapinis atqꝫ incēdijs vaſtata. Cū maguntino
marchiōes badēſes ac brādeburgeñ. opē ferrēt
Palatio Iacobꝰ treuereñ. āntiſtes ⁊ nōnulle ciui
tates aſſiſterēt. mortuo lodouico regis ſicilie vx
orē duxerat. filiū ex ea natū ifātē adhuc frideri
cus frē eiꝰ ꝯſentiētibꝰ tre optimatibꝰ arrogauit.
gubnatoꝝ ꝓuicie tāq̄ dn̄s accepit. electorē ipī ſe
dixit. celibatū .i. ſine vxore eē ꝑpetuū ꝓmiſit ne
arrogato filio vxorē ducēs p̄iudiciū facerꝫ. roga
tus nico. pō. v. id genꝰ adoptōis ꝯfirmauit. recu
ſauit fridericꝰ ipator ſepe mltū reqſitꝰ. i ſueuia
albertꝰ friderici frē cū plibꝰ ciuitatibꝰ variāte victo
ria bellū geſſit. ab vlmēſibꝰ cōicatū rotēbur
geñ. litigādo ꝑ ſniā obtinuit. i marchionatu ba
deñ. p̄nceps iacobꝰ iuſticie ac prudētie fama int
germanos clariſſimꝰ cū ſibi ad hūanā felicita

tem ſolam litterarum peritiam augeret. quos
ex coniuge legittima liberos ſuſtulit ediſcere lit-
teras cōpulit. Inter quos diuiſio patrimonio
cum Carolo pⁱmogenito ſingularⁱˢ induſtrie iu
ueni impatoris Friderici ſororē matrimōio col
locaſſet plen⁹ annis haud inuit⁹ e vita deceſſit

## De thirolenſibus popu lis germanie.

TIrolēſes q̄ valles eni fluminis ⁊ athe
ſis incolūt. cū ſigiſmūdū principem
ſuū in tutela Friderici ceſarⁱˢ exn̄tez
iā grā diuſculū ad ſe remitti fruſtra petiniſſent
ſumptⁱˢ armis p̄fectos ꝓuincie q̄s ceſar inſtitu
erat deiecerūt. ⁊ cū tridētini iuſſu epi cui⁹ erant
ſubditi in fide ceſarⁱˢ pſeuerarent cū exercitu eo ꝑ
uenere ciuitatēq₃ metu pculſaz ꝓditōe ceperūt.
⁊ arcē obſidiōe fatigatā ad deditōez cōpulere.
et impactōib⁹ cū ceſare ꝯuenientes miori q̄z cre
diderāt felicitate ſuū dn̄m obtinuere.

## De Suitēſibus popu lis germanie.

SVitēſes mōtani ⁊ feroces ppl̄i. cū thu
ricēſes ex federe qd̄ cū eis pepigerāt de
ſtitiſſent. cōparo exercitu in eoꝝ agꝛ
ſtra vaſtātes exiere q̄b⁹ cum thuricēſes p̄lio cō
gredi p̄ſumpſiſſent vſq₃ ad internitōz ceſi ſunt
tātaq₃ Suitenſiū in victos hoſtes crudelitaſ ac
rabies fuit vt eo ipō i loco pre victorie epulātes
cōgeſtis necatoꝝ corpib⁹ ⁊ menſalia ⁊ ſedilia ex
illis apparauerint ⁊ appientes hoſtiū cadaue-
ra cruō rē biberint. corda dentib⁹ laniauerunt.

## De Alſatia alias helue tica populis germanie.

IN alzatia cui quōdā heluetia nomen
fuit tūc gallici nūc germanici iurⁱˢ ꝓui
cia. Cū Lodonic⁹ delphin⁹ viēnenſis i
agrū Baſilienſem oēm ferme militiā gallicaz
eduxiſſet ingentēq₃ metū baſilienſib⁹ incuſſiſ-
ſet. Suiteñ. ex federe ſocie ciuitati q̄ttuor milia
militū latiſſime inuictis auxilio miſere q̄s cuz
delphin⁹ appropinq̄re animaduertiſſet medi
um inter baſileā ⁊ ſuiteñ. cū toto exercitu ſe op
poſuit. nec detractauere illi certamē q̄uis pedi
bus pugnaturi. xxx. miliū eq̄tū ſtare ꝯtra ſe aci
em cernerēt. pugnatū eſt ſummis vtriq₃ virib⁹
Ad extremū nō tam victi q̄z vincēdo feſſi. Sui-
teñ. nimis audaces p̄ſumpti facinorib⁹ penas
dedere. ità paucis fuga dilapſis obtrūcati oēs i
campo iacuere. Kar⁹ tñ ex Suicēſib⁹ inult⁹ inte
rijt. Ex q̄b⁹ plures galloꝝ repti ſunt q̄ lāceis ſui
tēſiū pforati ad obtrūcādū hoſtē ꝑ medias ha
ſtas dilapſi vīdictā accepti vulnerⁱˢ expetiere.

## De Sabaudia

AMedi⁹ i Sabaudia dux pⁱm⁹ ei⁹ gen
tis cū ānis ferme. xl. poſt pr̄is obituz
ꝓuincie gubernacula tenuiſſent ⁊ ad
mirand⁹ aucto paterno impio. porta vndiq₃
pace formidāduſq₃ cumulatis opib⁹ ſapientia
vicinis ppl̄is ac principib⁹ videret. ac demū re
lictis principat⁹ glorie faſcib⁹ in heremū ſe rece
piſſe ⁊ ſumpta penula ac retorto baculo cū ſex
viris equeſtris ordinis etate etiā ꝓfectis mūdo
⁊ pompis eius renūciaſſet Ad extremū ſummi
pōtificat⁹ honore ex Baſilieñ. ꝯgregatōe ſibi de
latum in eccleſie diuiſione ſupis parum fauen
tib⁹ accepit. barbā totondit quā ꝓmiſſam nu
trierat. ducatū pⁱmogenito ſuo tradidit. eccl̄ia-
ſticas cerimonias ⁊ orandi morem repente di-
dicit. ſtipatuſq₃ magna nobilium caterua ⁊ il-
luſtri comitatu circumdat⁹ baſileā ꝑrexit. vbi
ab hijs q̄ generale cōcilium facere arbitraben
tur in maxima populi multitudine que vndi-
q₃ ad ſpectaculū tante rei cōfluxerat inter duos
filios egregia facie adoleſcentes. alterū Sabau
diā ducem. alterū Gebennarū comitem ſolenni
bus pro more ſeruatis tanq̄z romane p̄ſul eccle
ſie coronat⁹ eſt. Celebrauit ſepe diuina. benedi-
xit plebibus. officia curie ordinauit. cardinales
doctrina ⁊ auctoritate p̄ſtantes aſſumpſit Fue
runt ei cum rege francie Carolo. cum Alphon
ſo rege arogonum (qui tamen hoſtis Eugenij
ꝓpe fuit) cū philippo duce mediolāi cū plib⁹
alijs de recipiēda auctoritate tractat⁹. q̄ oēs in
caſſum abire. Fuit ⁊ Frideric⁹ impator apd̄ eū
in baſilea ſ₃ clam nocte intēpeſta abijt. reuerēti
am ei tāq̄z vicario ihū xp̄i ſubditi ei⁹ tm̄ ⁊ Sui
teñ. ppl̄i ⁊ baſilieñ. ⁊ q̄ alberto ꝑbāt bauarie
duci p̄buerūt. Fuit cū mag̃ ſpes obtinādi ger-
manie cū. vj. pⁱncipes electores in eā ſuiaz fedus
iniſſent. vt niſi Eugeni⁹ poſtulatⁱˢ eoꝝ annue
rit. Poſtulabāt aūt prorſus res negandas in a-
medei quem felicem virum appellabāt obediē
tiam tranſirent. Sed cum illorum ꝯſilia Fride
ricus peruertiſſet ⁊ qui ſub nomine ſinodi Ba
ſilee degebant abire iuſſit deſꝑato meliori ſuc
ceſſu interueniēte ꝑ legatos ſuos Carolo frācie

rege eccleſie pacē dedit. Et nicolao pōtifici max.
reconciliat⁹ relicto nomine pape cardinalatus
honorem retinuit. in quo paulopoſtea non ſine
boni viri opinione deceſſit. Felix princeps 7 ni
miū felix ſi ſenium ſuum eccleſiaſticis titulis
non fedaſſet. Bolomerius qui eius quondam
7 primus 7 dilectiſſimus conſiliorum princeps
fuerat. ingenteſqꝫ opes apud eū cumulauerat.
cum nobilitatis odium incidiſſet proditionis
reus factus mortis ſententiam tulit 7 in lacū
lemanum circa gebennam p̄cipitat⁹ magno
ſaxo ad collum ſuſpenſo demerſus eſt. Nobili
tas exinde noui ducis indignationem ſubiens
ad regē francie confugit. cuius opibus adiuta
in patriam rediit. Johannes ſegobieſis homo
hiſpanus moribus 7 doctrina illuſtris. qui cū
ſummos theologie preceptores doctrina equa-
ret ab amadeo dum ſe papam dixit cardinala
tus eminentiam acceperat 7 deinde vnioni cō-
ſentiens a nicolao pontifice max. cardinalat⁹
demiſſo titulo ceſarienſi eccleſie prefect⁹ fuerat.
in altiſſimis reconditus montibus paruo mo
naſteriolo contentus. Vocatis ex hiſpania le-
gis arabice magiſtris librum quem vocant al
choranum 7 in quo Maometis pſeudo pro-
phete. nō tam miſteria q̃ deliramenta continē
tur in noſtram linguam de nouo conuertit. et
mendacia eius veris ac viuis rationibus 7 ar-
gumentis explosit. ¶ In arelato ad ſepulchꝝ
Lodouici cardinalis ſancte Cecilie eius vrbi epi
ſcopo quem Baſilee in conſenſu patrum preſi
dentem vidimus magna miraculorū opinio
orta eſt. 7 inualidorum frequens concurſus ſpe
ſanitatis factus. Johannes vero comes arme-
niaci inceſto ſororis amore perculſus nuptias
eius temptare conatus haud indignus exiſti-
matus eſt quem paterna hereditate Carolus
rex Francie armis eiiceret.

## Additio

¶ Promiſit pius Eneas multarum rerum do
ctrina illuſtriſſimus in exordio huius operis
ſe in lucem ponere res europeas. Cumqꝫ dirimē
das ſuis limitibus germanie terras abſoluere
nititur ipſius germanie ſuperioris 7 etiam in-
ferioris florem omiſit. Nihil enim de ſuetorū
ātiquiſſimis Germanie populis ſcripſit quos
Strabo Juliuſqꝫ ceſar in ſuis commentariis i
re bellica miris extollit laudibus. quorum terra
hodie multis eccleſiis pontificalibus celebratiſ
ſimiſqꝫ vrbibus eſt referta. multi etiam in ea
amnes clariſſimi. Licus. Nectarus. Argos. fō
teſqꝫ Danubii. Terra etenī ferax eſt. tritici. vi
netis ditiſſima. ingenioſiſſimo marcialiqꝫ po-
pulo exuberans. Omiſit item vtraſqꝫ rippas
Rheni a fontibus ſuis vſqꝫ ad coloniā agrip
pinam verſus rippas inqꝫ omni ex parte viri-
qꝫ habitatas. maximis pontificalium vrbium
imperialiumqꝫ 7 principum oppidis habita
tas. vbi terra vberi gleba referta. frumentū. tri-
ticum 7 multorum fructuum fecundiſſima. vi
no adeo exuberat vt cūcta pene interranea. ger
mania etiam inferior 7 totus pene occidenta-
lis ſeptentrio rhenenſi vino ſe reficiat. ¶ Pon
tificales vrbes ſunt Conſtantia celebratiſſimo
Martini quinti concilio illuſtrata. Baſilea.
Argentina. Spira. Wurmatia quos olim vā
giones Maguntina. confluentia omnes ciuita
tes celebratiſſime antemuralibus. pinnis. foſſa
tis propugnaculis ſuperbe. populus humaniſ-
ſimus ꝑtim ſua vberi terra. partim vero nego
ciationibus. Nobilitas vero negociationibus
intēnta. in delitiis 7 voluptate maiorem vite
partem agit. Preteriit vero eam alemanie par
tem quam limagus fluuius vulgo Limmag
dictus. a quo alemanie proprie dicti. cuius fon-
tes in montibus alpium glareſiis lacum turi-
cenſem influunt. in rhenumqꝫ exonerant. Ter-
ra enim hec non ſolum limago immo aliis ce-
lebratiſſimis fluuiis vt ruſſa. aro irrigat. Op-
pidis caſtelliſqꝫ fortiſſimis exuberans. quarum
Berna. Lucerna. turegum. Solitor precipuas
credimus. bellicoſiſſimus populus quem ho-
die ligam ſuitenſium vocant. que terrori eſt
vniuerſis circumiacentibus regnis. Breuiqꝫ ſu
um imperium mirum immodum dilatauit.
Omiſit item flandriam. Hannoniā. Brabā-
ciam terras diuitiarum negociationumqꝫ cele
britate perſpicuas. In quibus brugis. gnada-
uū. Mechlinia. Antwerpia. que licet olim gal
lie belgice adnumerate ſint. tamen germano-
rum imperio dilatato. omnes germanica lin-
gua loquuntur. propter viciniū ceteris linguis
etiam perite. quod ſi cuncta ſuperioris inferio-
riſqꝫ germanie famoſiora loca deſcribere nitte
rer magnitudine operis legentibꝰ tedio affi-
ceret. quapropter breuitati inſiſtens ſtudioſo
cuiqꝫ que animum ſuum oblectant legenda cō
mitto.

Sequitur nunc de prouincia Francie 7 de
deſcriptione eius.